S.I 147-69

Instrumentum publicum potestatis ad interveniendum in synodo cum facultate substituendi

GOBIERNO DE ARAGON

In Dei Nomine Amen Noverint Universi q.d anno anativi
tate domini Millessimo sexcentessimo Trigessimo septimo, die vero de
licet Computata decimaquinta mensis februarij apud civitatem Ce
saraugustae Regni Aragonum, In mea Notarij publici, testiumq infrascrip
torum ad haec spetialiter vocatorum et rogatorum presentia personali
ter constitutus admodum Ill.us et R.mus d.nus Magister frater Joannes
de Jarava Abbas Regij Monasterij divae Mariae de la O. ordinis S.ti
Benedicti Congregationis Tarraconen. et Caesaraugustan. nunc vero
Caesaraugustae repertus, et mihi notario bene notus, Qui Attendens
et considerans q.d in civitate Barchinonae est convocata et congregata
Provintia ad Celebrandam Synodum Provintialem ad quam est voca
tus dictus R.mus d.nus constituens uti Abbas predictus, et quia dictus
d.nus Constituens in p.ti civitate Caesaraugustae est legitime occu
patus in servitio suae Maiestatis propter quod non potest in praedicta
Synodo Intervenire, Attendens etiam et considerans q.d in praedicto
Monasterio ad presens non est religiosus presbyter qui nomine dicti
R.mi d.ni Constituentis intervenire possit in predicta Synodo, Ideo et
aliis attentis praedictis causis et impedimentis dictus R.mus dominus
Constituens Gratis et ex eius certa scientia pura mera libera et
spontanea voluntate, Citra tamen aliorum quorumcumq procuratorum
per eum hactenus quomodolibet constitutorum revocationem nunc noti
per eum hactenus quomodolibet constitutorum revocationem nunc noti
ter et de novo fecit constituit Creavit et solemniter ordinavit in
procuratorem suum actorem factorem negotiorumq suorum infras
criptorum gestorem ac nuntium spetialem vel generalem Ita tamen
q.d spetialitas generalitati non deroget nec e contra vide
licet doctorem fratrem Franciscum Monfar Prepositum de
Ansa Congregationis claustralis S.ti Benedicti ad presens Barchi
none Residentem absentem tanquam presentem. Spetialiter
et expresse ad ipsius R.mi domini Constituentis nomine et
pro eo in predicta Synodo sic convocata et congregata Intervem
endum et Interessendum, et in negotijs et rebus in eadem Synodo
Tractandis, et precipue in Concessione quartadecimae subsidij et ex
cusati ab eadem Synodo in favorem suae Maiestatis facta seu fien
da suum votum pariter et assensum prestandum, constitutiones
quoque stabilimenta concessiones et decreta ab eadem Synodo
facta seu fienda, et precipue concessionem quartadecimae subsidij
et excusati predictorum et illis Adherentium nomine dicti R.mi
d.ni Constituentis Laudandum Ratificandum Confirmandum
Approbandum, et quatenus opus sit Concedendum, Illasq et illa
observare et aliis subditis observari facere promittendum
et pro illorum et illarum observatione et solutione reali et

effectiva quartadecima subsidij et excusati predictorum dictum Rmum dnum constituentem, eiusq successores nec non dicti Monasterij bona mobilia et inmobilia presentia et futura ubiq habita et habenda etiam in forma camere appca hipothecandum et obligandum, et si necesse fuerit solemne iuramentum in Animam dicti Rmi domini constituentis in debita iuris forma prestandum, et circa premissa quaecumq instrumenta necessaria et oportuna cum clausulis hipothecis et obligationibus necessarijs et dicto procuratori benevisis firmandum et concedendum ac fieri petendum rogandum et requirendum Dictus Enim Rmus dnus Constituens dicto procuratori circa premissa omnia et singula cum suis incidentibus et dependentibus annexis et connexis dedit omnem illam potestatem et facultatem, quam dictus Rmus dnus constituens habet, et de iure et alis dare et atribuere potest et debet et requiritur et est necessaria ad predictum finem et effectum

Pa Substituir, Cum facultate substituendi unum vel plures procuratorem seu procuratores ad premissa omnia et singula, eumq vel eos Revocandi et destituendi, et Generaliter ad omnia et singula in premissis necessaria et oportuna faciendum dicendum gerendum exercendum et procurandum, et quae ipsemet Rmus dnus constituens faceret et facere posset si premissis omnibus et singulis presens et personaliter interesset, etiam si talia forent, quae mandatum exigerent magis speciale, quam presentibus est expressum Promittens Insuper idem Rmus dnus constituens se ratum gratum validum atq firmum perpetuo habiturum totum id et quidquid per dictum procuratorem suum constitutum et substituendum vel substituendos ab eo institutum premissis seu aliquo premissorum actum dictum gestum factum vel procuratum fuerit illudq nullo unquam tempore revocare sub hipothecal et obligatione omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et inmobilium ubiq habitorum et habendorum, Acta fuerunt Haec in dicta civitate Caesaraugusta supradictis die mense et anno superius in principio recitatis et calendatis presentibus omnibus et singulis antedictis ego infrascriptus Notarius ad Requisitionem

dicti Rmi dni Constituentis hoc publicum confeci instrumen
tum praesentibus ibidem Luca Blasco, et Joanne Campillo in dicta
civitate Caesaraugustae habitatoribus pro testibus ad praemissa
vocatis et assumptis, firmas et subscriptiones a foro praesentis
Regni Aragonum requisitae existunt continuatae in nota
originali huius potestatis &

Sig+num mei Michaelis Cornoza civitatis Caesarau
gustae domiciliati publici Appca ubique, Regia vero
per totum Regnum Aragonum authoritatibus Notarij
qui praemissis omnibus et singulis unacum praenominatis
testibus interfui et clausi &

Nos Infrascripti Notarij fidem facimus et attestamur Michaelem
Cornoza de praemissis rogatum et qui supra insertum Instrumentum
potestatis fecit subscripsit et signavit fuisse et esse publicum Apostolicum
et Regium notarium fidelem et legalem suisque Instrumentis et scripturis
semper in Judicio et extra adhibitam fuisse atque adhiberi fidem integram
In cuius testimonium praesentem attestationem et fidem fecimus subscripsimus
et signavimus Caesaraugustae Regni Aragonum die decima septima
mensis februarij anni Millesimi Sexcentesimi trigesimi secundi &

Sig+num mei Gabrielis Francisci Garces in Civitate Caesa
domiciliati auctoritatibus Apostolica ubique Regia vero
per totum Regnum Aragonum publici notarij qui
supradicta sic esse atestor in testimonium veritatis &

Sig+num mei Antonij Lope in civitate Caesaraugustana domiciliati autho
ritate Regia per omnes terras et dominationes dni nostri Regis pu
blici notarij qui supradicta sic esse atestor in testimonium veritatis &

Procura del abad de las 5
10.

GOBIERNO
DE ARAGON